



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput II. Lucius III. (a) Heliensi Episcopo, & Archidiacono Norvvicen.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

hanc accipere pro privatione privilegii fori, ex traditis in cap. final. de vita & honest. cleric. Nec obstat augmentum difficultatis deductum ex cap. 2. & 3. hoc tis. pro cuius solutione examinandum est, an fidejussio ipsa assidua, que in clericis improbatur, ab eis interposita valida sit? Et clericum ex ea efficaciter non teneri, docuit Hunnius ad Trenit. volum. ult. disput. 28. thes. 2. q. 12. ex sequentibus. Primo, quia cum actus contra juris prohibitionem celebratus, pro infecto habetur, iuris 7. §. 16. ff. de partis, l. civitatis 112. §. fin. ff. de legat. 1. l. non dubium, C. de legib. & talis si de usus sit a sacris canonibus improbata, nullius momenti erit. Secundo, quia Imperator Justinianus in Novella 123. cap. 6. sanxit judicem approbantem clerici fidejussionem, pœnam incurere: unde deducit Elfricus Hunnius, Justinianum omnino improbabilem clericorum fidejussionem, ita ut non solum eam ab initio fieri prohibeat, sed factam etiam improbet: & ea opinione retentâ accipit sic textum in d. cap. 2. hoc ist. eo casu, quo clericus pro alio clerici fidejussit, non verò pro laico; quia ut suprà dixi, clerici pro se invicem licet fidejubent: quæ fidejussio vicaria dicitur in l. cum clericis, §. 1. l. omnes, §. præterea, C. de Episc. & cleric. Etiam in cap. 3. hoc tis. contendit, non agi de fidejussore clerico, sed de laico; & ita nihil interesset quod fidejussio ibi approbetur. Verum

contrariam sententiam, quam ut vetiorenam amplectimur, tenuerunt Gregor. Lopez per textum ibi, in l. 45. tit. 6. p. 1. Gutierrez 1. p. de iuram. c. 72. Gedeus de contrabend. stipul. cap. 7. num. 306. ex Theologis Molina de iustitia disput. 540. Lugo eod. tract. tom 2. disput. 32. sect. 1. §. 2. num. 10. Di- castillo eod. tract. lib. 2. tract. 16. disput. 1. dub. 2. num. 29. Diana part. II. tract. 4. rejoi 31. pro qua opinione faciunt primò textus disertus in l. 6. tit. 13. lib. 3. fori. ibi: Pero si ellos (clericci) entraren en algunas de estas fidaduras, quales son defendidas, valdrá la fidadura. Ubi Montalvus. Secundo principium illud vulgo receptum, quod multa in jure fieri vertantur, quia tamen facta tenent. l. patres fratio, ff. de his qui sunt sui, vel alteri juris, l. fidadum, ff. de fundo dotali, l. finali, ff. unde liberis. Quod procedit in omnibus legibus imperfectis, id est omnibus illis, quæ actum prohibit, non verò irritant, quas imperfectas dixit Ulpianus in fragment. tit. 1. Unde licet fidejussio assidua in clericis utroque jure improbetur, & illi pena depositio- nis imponatur; tamen quia nullo iuris civilis, aut canonici testimonio improbatur, si semel interpo- natur, subsistit & efficax est. Coram quo tamen judice sit convenientius clericus, qui pro laico in causa temporali fidejussit, latè examinat Martha de iurisdict. cap. 4. centur. 2. caſu 105.

## C A P U T II.

## Lucius III. (a) Heliensi Episcopo, &amp; Archidiacono Norvicensi.

Peruenit ad nos ex transmissa nobis conquestione R: clerici de S. Albano, quod cum ipse pro Helia, & Philippo clericis Lunden. ad eorum instantiam, pro altero, Helia videlicet in vi. & pro altero in vii. marchis argenti mercatoribus Bon. fidejussit, eis, sicut unus fide, & alter (b) juramento promiserant, præscriptam pecuniam non (c) solventibus, coactus est creditoribus pro ipsis pecuniam, sicut inter eos convenerat, exhibere. Ne igitur supradictus R. dispendium patiatur, unde videtur præmium meruisse, vener. fr. nostr. (d) Bonon. Episcopo dedimus in mandatis, ut super debitibus illis instru- menta, quæ sunt apud creditores, inspiciat, & eorum rescripta suo (e) sigillo signata vo- bis mittere non postponat. Mandamus itaque discretioni vestra, atque præcipimus, quatenus si ex confessione prædictorum clericorum, vel alias legitimè vobis rem ita se habete confiterit, prædictos clericos moncati, ut procuratori memorati R. pecu- niæ, quam pro ipsis solvit, dil. & ap. cess. restituant, ipsumque servent indemnum: si vero ad vestram iussionem non egerint, vos auctoritate Apostolica freti, de eorum redditibus præscripta debita faciatis ap. remotâ m. R. solvi, & (f) damna, quæ idem R. propter hoc pertulerit, refarciti, aut procuratori ejas predictos redditus assignetis, tamdiu sine molesta detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint, & debita sine di- minutione soluta. Præfatos verò clericos, si (g) religionem fidei, & juramenti sui eos violasse confiterit, sub. ap. ob. officio & beneficio (h) suspendatis. (i) Carterum, quia novis morbis nova convenit antidota præparati: volumus & mandamus, ut ad verita- tem eliciendam ap. rem. præstari faciatis ab utraque parte calumniæ juramentum.

## N O T A E.

(a) Heliensi.] Ita etiam legitur in prima collec- tione, sub hoc tit. cap. 4. & in cap. ceterum, de iuram. calumn. ubi extar posterior pars hujus textus. De Ecclesiis Heliensi, & Norvicensi non nulla notavi in cap. pastoralis, cap. si autem 9. de reſcript.

(b) Fide ac juramento.] Plerunque aquantur ju- ramentum, & fides interposita, cap. ad aures, de his 2. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

qua vi. Cicero pro Roscio Comedo: *Quæ pena à Diis immortalibus per jaro, hec eadem mendaci con- ſtituta est. Non enim ex pactione verborum, quibus iurandum comprehenditur; sed ex perfidia, & malitia, per quam infida tenduntur alicui, Diis immor- talem hominibus irasci. & succensere conve- runt.* Et de Effenis refert Josephus, quod quicquid dixerant validius erat iurejurando, ac supervacuum apud ipsos jurare. Illustrat Grotius de iure beli lib. 2. cap. 12. in fine: fides enim idem appellatur, quia fiat

fiat quod dictū est. Cicero lib. 4. de republ. libi: Fundamentum iustitia est fides, id est dictorum, convictionum, constanter, & veritas. Ex quo quamquam hoc videatur fortasse cuiquam durius, tamen ut videamur imitari Stoicos qui studiose exquirunt, unde verba sunt ducta, credamus quid fiat quod dictum est, appellata similitudine Joan. Sarisbur. lib. 3. Polycrat. cap. 6 & 1. Illustrat Philippus Camerarius in oper. success. centur. 2. cap. 77. Conmannus lib. 1. comment. cap. 6. Cabrerros de meru lib. 2. cap. 6. qui plura de hac fide humana, & quomodo per dexteram manum apud veteres praestaretur, congerit ex num. 4 usque ad 15.

(c) Non solventibus. ] Jure antiquo mediae iurisprudentiae magnum discrimen dabatur inter fiducijsorem indemnitas, & fiducijsorem simpliciter acceptum: fideijsor enim indemnitas, vulgo defascar a pax asilvo, qui promittit quanto minus à reo principali consequi possit se soluturum, L. amiss. 17. C. de fideijs. l. sita 6. C. de novit Amaya in l. t. C. de Decr. num. 7. non prius conveniri poterat, quia excusione facta in reo principali, postquam constabat in quantum in ipso solvendo non erat, in l. fideijsores, de fideijs. iur. l. C. de Magistrat. conven. l. C. de convenient. sive debet. faciunt textus in l. tutor. 19. §. quod ergo 4 ff. ad Veleianum, l. in frandem 45. § si principalis 11. l. Moschis 47 ff. de jure sive docent Clasci repentes in l. decem 116. ff. de verb. oblig. Heringius de fideijs. cap. 4. num. 61. & cap. 27. ex num. 142. Pirus Maurus eod. tract. p. sect. 2. cap. 17. & 6. p. cap. 3. ex num. 199. Oſualdus lib. 15. Donel. cap. 48. littera S. Parladorius lib. 2. rerum quotid. cap. ult. 4. p. §. 7. num. 10. Amaya ubi proximè ex num. 6. Noguerol. alleg. 40. num. 41. Salgado 1. p. Labyrinth. cap. 83. num. 85. & c. p. cap. 11. ex num. 56. fideijsor vero simpliciter acceptus jure veteri statim, & ante reum principalem convenienti poterat, quia concedebatur creditori potestas eligendi ex reo principali, & fideijsore, quem vellet, l. 2 l. non recte 3. l. liberum 16. l. reos 23. l. ult. C. hoc tit. l. si mandavero 22. § anterdictum ff. mandati. Gajus lib. 2. infra tit. 9. § 3. Cujacius in novella 4. Oſualdus d. cap. 48. littera M. Hunnius in encyclop. lib. 3. tit. 5. cap. 30. Bocerus tom. 1. class. 2. dist. 16. Heringius d. cap. 77. num. 267 nisi aliter placuisse contrahentibus; tunc enim expressa conventioni standum erat, l. iure nostro s. i. alienam 19. C. hoc tit. Jure tamen novo fideijsor etiam simpliciter acceptus non prius convenienti potest, quia reus principalis converitus, excususque sit, Novell. 4. de fideijs. cap. 1. authentic. Praesenti, C. de fideijs. l. 9. tit. 12. partit. 5. docent plures congesti à Barbo in d. authentic. praesenti. Salgado 1. p. labyrinth. cap. 23. per rotum. Fontanel. de pactis nupt. claus. 4. gloss. 9. p. 5 ex num. 39. & clausul. 7. gloss. 2. p. 3 ex num. 32. Noguerol. alleg. 40. ex num. 58. Valenzuela confil. 16. num. 47. Oſualdus d. cap. 48. littera L. Caldeira lib. 1. de error. cap. 2. num. 1. qui ad hoc probandum singulariter expendit praesentem textum. Sunt tamen aliqui casus, in quibus etiam post dictam authenticam praesenti, nulla excusione facta in persona rei principalis, fideijsor statim convenienti potest, quos referunt Tuschus verbo Excusio. Valentini. Francus de fideijs. cap. 5. à num. 316. usque ad 430. Menchaça illa str. cap. 23. Mylinger cent. 2. obser. 15. ex quibus nonnullos in foro reciperos, & rationi juris consonos referam. Primus desumitur ex d. autent. praesenti. & contingit si debitor principalis in longinquis provinciis absit, seu latiter, ita ut facile con-

veniri non possit: quo casu judex pro arbitrio suo certum tempus prescribere debet fideijsori, ut intra illud reum principalem judicio sitat, alias eo elapsio excusio pro facta habetur. Menochius de arbitri. lib. 1. casu 40. Heringius d. cap. 27. num. 31. Pirrus Maurus d. cap. 3. ex num. 61. unde Antonius Gomez lib. 2. variarum. cap. 13. num. 14. Menchaca. cap. 33. num. 34. Salgado d. cap. 23. num. 17. donec idem dicendum esse, si reus principals praefens sit, sed conveniri non possit de facto, vel de jure. De facto, veluti si sit persona nimium potens, seu rixosa, argumento legis 2. ff. qui satid. cog. De jure, quia naturaliter tantum reus principialis sit obligatus, vel sit Magistratus, & duret ejus officium, ex l. 2 ff. de iurisdict. quibus consequuntur etiam aliis casus, videlicet, si bona rei principialis sint in alio Regno, aut provincia longinquæ; quia creditor non est cogendus exteris regiones peragrande, ut docent Salgado ubi proxime. num. 15. Barbo in present. num. 1. Alius casus est, si notoriè apparatur reum principalem non solvendo esse. Valenzuela tom. 1. confil. 19. num. 53. Heringius d. cap. 27. num. 20. veluti si cessit bonis, si creditores ad concursum vocavit, bonis in iudicio derelictis, o hinc pte de efferas; quo casu adducto testimonio similis iudicij excusio pro facta habetur, & fideijsor statim convenienti potest, ut late, & pluribus relatis docent Barbo in present. num. 16. Noguerol. alleg. 2. num. 112. & alleg. 4. num. 41. & alleg. 29. n. 16. Salgado d. cap. 23. à n. 18. qui idem resolvit quando bona principialis debitoris suntita hypothecis, seu censibus obnoxia, ut veni exposita non inventant emptorem. Alium casum refert Oſualdus d. cap. 8 littera N. cum fideijsor specialiter interrogatus in iudicio, an fideijsor esset, negavit, & postea de mendacio est convictus; quo casu si utatur beneficio excusacionis, repellendum esse etiam docuit Heringius d. cap. 27. num. 210. quia hiostis caus prosequitur.

(d) Bononiensi Episcopo. ] Joanni videlicet, qui Ecclesiam ipsam Bononiensem rexit usque ad annum 1188. ut refert Ughellius tom. 1. It. alta facie, in Ecclesia Bononiensi, num. 59.

(e) Sigillo. ] De sigillo Episcopi, & ejus auctoritate egredi cap. post ceſiōnem 7 de probacionib.

(f) Damna. ] Potest enim fideijsor actione mandati experiri non solum pro pecunia soluta, verum & pro interesse, vel damno accepto, l. si quis alicui 27. § impendia. finit. & si fideijsor necessitate opprimit pecuniam accepit ad damnum, ut satisfaceret creditori, tenetur reus principialis non solum satisfacere tortem principalem, verum & interesse quod fideijsor solvit, ut probat Sesle decisi. 402. per totam.

(g) Religionem fidei & juramenti. ] Religionem, tam ad casum fidei interpolata, quam ad casum iuramenti restulerunt scribentes in praesenti. Sed recens Mendoza de pactis lib. 1. c. 6. n. 11. religionem tantum ad iuramentum refert, licet fidei interpolata aequalis sit obligatio, ut supra probavimus.

(h) Suffendarius. ] Postquam satisfactum fuerit fideijsori, alias frustra Lucius III. inhibitor de redditibus beneficii satisfaciendum esse fideijsori, qui solvit pro ipso beneficiario reo principali, si suspendendus erat statim à beneficio, & per consequens privandus ejus fructibus. Unde iuxta sententiam eorum, qui tenuerunt, perjurum ipso jure privari beneficio ecclesiastico, quam referunt Balboa in cap. cām non ab homine de

## Tit. XII. De Fidejussoribus.

399

*de judiciis, num. 15. Facheus lib. 2. controv. cap. 15.*  
in praesenti caso non poterat talis suspensio ipso ju-  
re admitti, ne fidejussor amitteret pecuniam pro  
ipso reo principali solutam.

(i) *Ceterum.*] Verba qua sequuntur extant in  
cap. ceterum, de juram. causa.

### COMMENTARIUM.

6. *X*hac Lucii III. decretali talis communiter de-  
Educiatur assertio: *Clericus tenetur fidejussorem*  
*fum indemnem reddere à fidejussione, etiam per*  
*affigimationem fructuum proprii beneficii.* Probant  
eum textus in cap. olim, el. 2. de restit. spol. cap. per-  
venit de arbitr. cap. 3. ibi: *Et redditus ejus in de-*  
*bitorum solutionem convertas; hoc tit. l. 23. § 45.*  
*tit. 6. partit. 1. Illustrant Gutierrez de iuram. i. p.*  
*cap. 17. num. 17. Gomez lib. 2. var. cap. 12. num. 18.*  
*Petrus Barbova in l. 1. p. 4. num. 132. cum fequent. ff.*  
*solut. matr. Lotherius de re benef. lib. 1. cap. 42.*  
*num. 25. Salgado i. p. labyrinth. cap. 42. per tornum.*  
*Baeza de iure debit. cap. 16. Matienz. in l. 5. tit. 17.*  
*lib. 5. recopil. Azevedo in l. 17. tit. 21. lib. 4. recopil.*  
*num. 42.*

7. *Sed pro dubitandi ratione sic insurgo in pre-*  
*sentem assertiōnē. Valet argumentum de mili-*  
*tia terrestri ad cœlestē, ut probavi in cap. 1. de re-*  
*nunc. Sed stipendia militibus militiae sacerularis affi-*  
*gnata, non possunt capi in causam judicati, l. sti-*  
*pendia, C. de execut. rei judic. Ergo nec stipendia  
debita clericis militibus in cœlesti militia, iuxta*  
*adducta in cap. cūm secundum, ibi: Stipendia mi-*  
*litare; de probend. & dignitatibus, in causam ju-*  
*dicati capi possunt. Accedit, nam clerici nequeunt*  
*conveniri ultra quam facere possunt, cap. Odoar-*  
*dus, de solv. ubi dicimus: igitur per subtraactio-*  
*nem reddituum proprii beneficii non sunt clerici  
compellendi propriis debitoribus satisfacere. Au-*  
*getur hæc difficultas ex l. spem 5. C. quæ res pigno-*  
*ri obligari, ubi statuit Hadrianus, spem illorum*  
*præmiiorum, quæ pro coronis factis athletis præ-*  
*stantur, non posse speciali hypothecæ obligari, nec*  
*generali bonorum obligatione contineri, & per*  
*consequens nec præmia illa judicialis pignoris cau-*  
*si capi non posse: ergo similiter fructus qui de-*  
*bentur clericis ratione corona, seu beneficii, non*  
*debet ex causa pignoris judicialis capi.*

8. *Quæ difficultate ita fulcitæ non obstante, vera*  
*est praesens assertio, pro cuius expositione scien-*  
*dum est, fidejussorem solventem pro reo prin-*  
*cipali, duplēcē actionem habere ad rependam*  
*pecuniam solutam: aliam ex persona creditoris,*  
*in cuius locum succedit, ut probant Arias de Me-*  
*sa lib. 1. variar. cap. 14. num. 11. Olea tit. 5. de ces.*  
*jur. 9. 4. num. 29. alterum mandati ex proprio per-*  
*sona; l. si quis 46. l. fidejussorem 52 ff. mandati,*  
*l. si quis mandato 28. ff. de nego. gestis. Nec in-*  
*terest, quod fidejussor sua solutione liberet reum*  
*principalem, vel non, veluti si solvit ex justa igno-*  
*rancia, postquam reus solvisset, l. si fidejussor 29.*  
*§. si cūm debitor, ff. mandati. Faber lib. 18. con-*  
*jet. cap. ultim. Dixi ex justa ignorantia; nam si*  
*sciens se rem non debere, vel exceptione tutum*  
*esse, prætermittentem exceptionem præstulit solve-*  
*re, non habet actionem mandati, d. l. si fidejussor*  
*29. in princip. l. si procuratorem 8. §. quod, l. Quin-*  
*tus 48. ff. mandati l. si proato. C. eod. tit. Idem*  
*dicendum est de eo fidejussore, qui pro inutili-*  
*ter obligato intercessit, & solvit; quoniam si ha-*  
*D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.*

buit justam causam ignorandi, habet actionem  
mandati; sin minus, perdit quod solvit, d. l. si fi-  
dejussor 29. §. 1. Duarenus de fidejuss. cap. 3. §. 1.  
Cujacius lib. 8. obser. 9. Idem etiam soler tracta-  
ri in fidejussore, qui solvit pro reo principali, &  
non certiorav. illum; unde evenit, ut reus postea  
iterum solvat: nec enim tunc actio mandati fide-  
jussori competit, cum in culpa sit, nisi ipsa levis  
esset, d. l. si fidejussor 29. §. hoc idem 3. Donellus  
lib. 12. comment. cap. 11. & 12. Quando tamen fide-  
jussori competit condicō indebiti, pro expo-  
sitione textus in l. si fidejussor 59 ff. de condic. in-  
deb. prosequitur D. Josephus de Retes de fidejus-  
soribus cap. 4. num. 6. & seq.

Unde iam appetat vera ratio praesentis asser-  
tionis; nam cūm fidejussor solvens pro reo prin-  
cipali, habeat actionem mandati contra ipsum, <sup>Traditur</sup>  
modo ex ejus mandato, seu patientis fidejussori,  
ad repetendum omne id, quod pro ipso solvit, l. si  
fidejussor 6. C. mandati, l. rogatu 33. l. qui fide al-  
terius §. ff. mandati. §. si quid autem, Instr. eod.  
tit. five in iudicio conventus, five extrajudicium  
solverit, l. idemque 10. §. fidejussores. ff. mandati,  
d. l. si fidejussor 6. ideo clericus in presenti specie  
cogitum fidejussori suo satisfacere, illumque à tali  
fidejussione indemnum reddere. Et quia bona patu-  
monialia non habebat, ex beneficii fructibus, quo-  
rum dominus est, ut probavi in cap. 1. de iustam co-  
gitus plenè fidejussori satisfacere.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam  
licet verum sit, stipendia militibus assignata, ex cau-  
sa judicati capi non posse, ab eisq; ad stipendia ec<sup>ratio de-</sup>  
cida<sup>ratio de-</sup>  
la iudicistica recte argumentum deduci; id tamen  
procedit, quando alia extant bona, ut exprimitur <sup>10.</sup>  
in d. l. stipend a. Quomodo etiam accipiens est  
praesens textus, videbatur, ut tunc fructus beneficii  
assignari possint fidejussori in solutum, quando alia  
non extant clerici bona: alii autem extantibus, si-  
milia stipendia ex causa judicati capi non possunt.  
Sunt tamen nonnullæ res utilitate publica sugge-  
rente, que nec aliis bonis deficiuntibus ex causa  
judicati capi possunt, veluti boves aratorii, & alia  
instrumenta rustica, l. executores 7. C. quæ res pi-  
gnori l. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. Recopil ne turbetur agricul-  
tura instrumentis sublatis, d. l. executores 7. Il-  
lustrant Osualdus lib. 27. Donel. cap. 3. littera P.  
Cujacius in recit. ad tit. C. quæ res pignori, Gilber-  
tus Reg. lib. 2. ex antioph. cap. 20. Petrus Gregorius  
lib. 23. Syntagma. cap. 9. num. 10. Rodriguez de exe-  
cut. cap. 5. n. 62. Azevedo in l. 7. num. 46. lib. 4. recop-  
il. Collantes in comment. refrument. lib. 5. cap. 3.  
Narbona in l. 25. gloss. 2. num. 1 & gloss. 7. tit. 21.  
lib. 4. recopil. Gutierrez lib. 4. practic. q. 12. num. 10.  
quod etiam procedit in frumento sato, seu percep-  
to, donec in horreum deferatur, ex l. 28. tit. 21.  
l. b. 4. recopil. quam doctis commentariis illustra-  
runt Illastr. D. Franc. Ramos, & D. Josephus de  
Retes. Obtinuit etiam in libris Doctoris, Advocati,  
vel studiosi excusione fieri non posse, ut pluribus  
relatis docuit Narbona in l. 25. tit. 21. lib. 4. recop-  
il. quibus adjungunt alia forenses, quorum  
sententias usus non admisit, nec eas in foro re-  
ceptas video: adiri possunt Parladorius 5. p. §. 3.  
et num. 18. Osualdus lib. 27. comment. cap. 3. littera  
P. Vulcejus de iudicis lib. 2. cap. 13. ex num. 106.  
Nec obstar primum augmentum difficultatis,  
quia non negamus, cum capiuntur fructus be-  
neficii ex causa judicati, prius congruam portio-  
nem clericu esse assignandam, ita ut ultra quam

L 1 facere

facere possit non condemnetur, ut dicemus in d.  
cap. Odoardus. Nec obstat textus in d.l. s. em., C.  
quares pignori: cui opponitur Papinius in l.  
commodis, ff. de re judic. ibi: *Commoidis premio-  
rum, que propter coronas sacras prestantur condem-  
nato placuit interdici, & eam pecuniam jure pi-  
gnoris in causam judicari capi.* Ex quibus constat,  
stipendia illa, seu commoda, que propter coronas  
sacras prestantur, ex causa pignoris judicialis  
capi potuisse: igitur multo magis ex causa pigno-  
ris conventionalis. Pro cuius difficultatis solutio-  
ne videndum est, que sint commoda illa, & in  
quibus certaminibus propter coronas sacras pre-  
stantur: Et sciendum est, inter spectacula, que  
olim publicè edebantur, popolorumque oble-  
tationi deserviebant, eam fuisse differentiam,  
quod alia ad virtutem formandam, ostendenda-  
que, seu comprobandas vires ederentur; alia ve-  
ro voluptrias tantum, seu questus causâ propo-  
nerentur. Prioris generis erant theatrales ludi,  
gymnici, seu circenses: posterioris verò scenici,  
tive musici, de quibus plura scriperunt Budaeus  
ad Pandect. in l. *athletas* 4. ff. de his qui noctantur  
infam Petrus Gregorius lib. 39. *Syntagma*. cap. 5.  
Rosinus lib. 9. *antiquit.* cap. 2. & 5. Paschalus  
de coronis lib. 6. Mariana de *spectaculis*, Pamelius,  
Zeida, & Ambianas ad *Tertullianum de spectacu-  
lis*, Pancirola lib. 1. *variar.* cap. 4. & 47. Martinus  
Delrio *disquist. magic.* lib. 4. q. 4. s. l. 1. Petrus  
Fab. *integr.* lib. *agonist.* Mercurialis *arte gymna-  
stica*, Amaya lib. 3. obf. cap. 3. Bulengerus in *tract.*  
de *Circo*. Gymnica certamina, seu circensis, erant  
quasi meditamenta præliorum, & robur, mo-  
dumque pugnandi in bello formantia; ideoque  
similes agones virtutis, gloriaque causâ aggredi-  
dieruntur, d. l. *athletas* 4. l. *qua actione* 7. §. i. quis  
in collatione, ff ad leg. Aquil. veluti si quis cer-  
taret hastâ, pilâ, currendo, luctando, vel pugnan-  
do. Plato lib. 7. de *legibus*, Lucianus ibi: *Decer-  
tare docimus, ut labores suffrage assuecant.* & si  
mal cedere plagis ne vulnera aferrentur. Sed cum  
Sallustius dicebat de *conjurazione Catilinae in prin-  
cipi* quod melius sit ingenii, quam corporis viri-  
bus gloria querere, fuerunt quoque certami-  
na in quibus ingenia formabantur ad virtutem  
litterarum; quapropter loca in academiis exerci-  
tationibus constituta, gymnasia nuncupantur.  
Imperatores & Reges hujusmodi studiorum ludos olim edidisse referunt Gellius lib. 10. *notitium*,  
cap. 19. Vitruvius lib. 7. de *architectura, in principi*.  
Tacitus lib. 14. *annal.* ex eiusque Petrus Gregorius  
d. cap. 5. P. Faber lib. 1. *agonist.* cap. 25. & 26. Sce-  
nici autem ludi, seu theatrales erant ubi *comœdia*,  
*tragœdiae* recitabantur; mimi, pantomimique  
divisa personas simulantes theatrales ludos e-  
debant, de quibus egi in cap. *cum decorum, de vi-  
ta & honest. cleric.*

II.  
De ludis  
Circensi-  
bus.

Circensum autem, seu gymnivorum apud  
Græcos olim celebratissima spectacula fuerunt,  
Olympica, Nemæa, Isthmica, & Pythia, que etiam  
sacra appellabantur. De eorum origine, & auto-  
ribus agunt Strabo lib. 8. *geograph.* Tertullianus de  
*spectaculis*, Higinus lib. 74. Lactantius lib. 1. de  
*falsarelig.* cap. 21. Horum certaminum memine-  
runt Ovidius lib. 1. *Metamorph.* ibi:

*Neve operis famam possit abulere veteritas,  
Instaurit facros celebri certamine ludos,  
Pythia perdomiti serpentis nomine dactos.*  
Ausonius in *eclog.*

*Quatuor antiquos celebravit Achaja ludos,*

*Cælicolum duo sunt, & duo festa lominum.  
Sacra fovis, Phœbique, Palamonis, Archemo-  
rique,*

*Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.*

Statius lib. 6. *Thebaid.* Hac certamina tota feré ad-  
stante Græciæ magno impendiorum quæstu, &  
maximo oftentationis apparatu edebantur, fortis-  
simi undique athletis ibi confluenter, ut refre-  
runt D. Chrysostomus orat. 66. de *Gloria*, Plu-  
tarclush in *Num.* cartabantque in his spectaculis  
luctando hastâ, pilâ, seu pugillatu. Silius Italicus  
lib. 15.

*Quique armis ferroque valent, quique arte  
regendi.*

*Quadrangulos polent currus, queis vincere plantæ  
spesest, & studium jaculis impellere venios,*

*Adint. & pulchra certent de laude corone.*  
Et D. Isidorus lib. 3. *originum*, cap. 18. & 22 quin-  
que gymnicorum enumerat spacies, saltum vide-  
liet, cursum, jaustum, pugillatum, atque lu-  
ctam. Illud tamen notandum est, pugillatum es-  
se ubi manuum, brachiorumque impulsu certa-  
batur. Pancretium verò, in quo & cruribus, & ro-  
to corpore certari solebat. P. Faber d. lib. 1. ago-  
nist. cap. 10 & 13. Cælius Rhodiginus lib. 15. an-  
tiq. leff. cap. 20.

Maxima autem erat victoria in his certamina-  
bus parta dignitas, & coronarum magnum de-  
coronatus; adeo ut olympici certaminis victoribus li-  
cu*rius* &  
set signare monerant, ut refert Julius Pollus lib. 1. *præmis*  
athletæ cap. 1. illisque concessum fuit, ut in exercitu Re-  
concessu*gi* adstant. Plutarchus in *vita Lycurgi*. P. Faber  
lib. 2. *agonist.* cap. 16. & qui tribus coronis erant  
coronati, ciuilium munerum vacationem alle-  
quebantur, l. un. C. de *athletis*, lib. 10. udi plura  
Amaya; à tutelaque excusabantur, l. 6. §. 13. ibi:  
*Athleti habent iuxta excusationem, sed qui fa-  
cias certaminibus coronati sunt.* Samuel Petrus  
ad II. Attic. lib. 1. tit. 3. fol. 62. Palmata etiam, &  
floridâ veste conspicui à ceteris distinguebantur.  
Plinius lib. 7. cap. 47. triumphalique curu per  
theatrum transvecti in patrum deducebantur.  
Plinius Junior lib. 10. epist. 14. ex eorum nume-  
ro duces eligebantur. Strabo lib. 13. Diodorus Si-  
culus lib. 12. ilborumque statuas erigi, imagines  
que dicari mos erat. Xenophon lib. 3. *memorab.*  
Lucianus de *imaginibus*. Denique quo major illis  
accederet majestas, & veneratio, dicti fuerunt Hiero-  
nime, id est sacrorum certaminum victores; &  
coronas, quibus ornabantur, dictas fuisse sacras,  
constat ex d. l. *commoidis*, & ex Silio Italico lib.  
14. ibi:

*Hic Arethusa suum pisco fonte recepit  
Alpheon sacra portantem signa corone.*

Texebantur autem coronæ olympicae ex oleastro.  
Plinius lib. 15. cap. 4. Pythia ex lauro. Ovidius suprà  
relatus. Nemæa ex apio. Lucianus de *yanus*. Et  
in omnibus his radiantibus foliis palma signum  
victoria exhibebat. Cassiodorus lib. 8. var. epist.  
22. ibi: *Olympicus currus frequens palma mobilis*  
*Paschalius dicto lib. 6. de coronis* cap. 16. & 21.  
que sacra coronæ adeo elevata, elataque in tan-  
tum majestatis fuerunt, ut Reges ipsi in præmis  
ornari inter faultos eventus referunt, ut de Phil-  
lippo Plutarchus refert in *vita alexandri* de Ar-  
chelao Macedonia Rege Sueronius in *vita vero-  
nis*. Ad quam certaminum dignitatem respexit  
Horatius lib. 1. carminum, od. 1. ibi:

*Sunt quos currculo pulvrem olympicum  
Collegisse juvat: metaque servidis*

*Euitata*

*Evitata rotis, palmaque nobilis*

*Terrarum dominos evicit ad Deos.*

Nec solum his honoribus decorabantur, verum & in vulgaribus, communibusque agonibus constituta erant victoribus premia, & commoda pecunia estimanda, l. penalt. ff. de annuis legat. l. Septem. ff. de pollici. Unde Virgilius lib. 5. Aeneid. dum de his certaminibus agit, ait:

*Et palma premium victoribus armaque, & ostro*

*Perfusa uestes, argenti, aurique talenta.*

In sacris autem certaminibus nullum certum erat premiorum commodum ultra coronas, illudque maximum gloriae, & celebritatis decus constitutum: sed patria ex qua oriundi erant ipsi sacri certaminis victores, illis ex ea die, non quæ coronam adepti effent, sed ex qua civitatem ingressi fuerant, stipendia annua, seu commoda annonaria propter sacras coronas praestabat. Plinius Junior lib. 10. epist. 119. Tertullianus in Scorp. cap. 6. ibi: Nemo tamen agonis presidem sagillaverit, quod homines violentie obiectet, injuriarum actiones extra stadium; sed quantum labores illi, & errorres & vibices negotiantur, intendit, coronas scilicet, & gloriam, & doctorem, privilegia publica, stipendia civica, imagines, statuas, & quale potest facultum praestare, de fama aeternitate, de memoria resurrectionem. De his commodis praemitorum agit Papinianus in d. l. commodis, dum docer, his commodis, que propter coronas sacras praestantur, posse condemnato interdici, & pecunias illas, seu pensiones ex stipendiis provenientes ex causa judicati capi posse; que est vera Papiniana sententia, ut jam notarunt Petrus Faber lib. 2. agonist. cap. 17. Cujacius lib. 10. respons. Papin. in eodem textu, omisâ expositione Forcatuli in Capidine juris, cap. 10. Nec tunc obstat textus in d. l. spem, C. que res pignori. Nam omisâ solutionibus traditis ab Accurio, Bartolo, Baldo, & Fulgosio in dicta l.

*spem, &c ind. l. stipendia, Zasio, Aretino, & alii relatis à Genoa in conciliat. legum, fol 4\*4. respondendum est cum Petro Fabro dicto cap. 17. Papinianum loqui de commodis jam debitis propter coronas adeptis, & premia consequuta; Alexandrum vero agere in a. l. spem, de ipse victoria, quæ nondum accedit, & corona nondum adeptis, premiaque nondum acquisitis, quæ publicè interest non pignori obligari, ne ab anima, strenuaque decertatione, ad quam spe præmiorum athlete alliciuntur, omnino retrahantur, cum commoda aliis obligatae ipsi perlatu non sint. Nisi dicamus cum Cujacio in recit. ad ist. C. que res pignori, spem illam præmiorum privatâ patitione pignori dari non posse, d. l. spem: at vero iudicis auctoritate pignoris jure in causam judicari capi prohibitum non esse.*

Suprà traditis opponi potest textus in l. tribus 15. ff. de infusfructu earum rerum, in illis verbis: Si Exponitur cohædes ex causa fidejussoria convenienter, eos l. tribus 2. mandati non acturos. Ex quibus deducitur, fidejussorem solventem pro reo principali, aduersus eum actione mandati non recteagi: Igitur quia fidejussor non tenetur indemnum reddere reum principalem, ut in praesenti textu docetur. Cui difficultati respondentum est, in eo textu haereses, qui fidejussuerunt, & solverunt, non habere regressum actione mandati adversus reum principalem, hoc est legatum, vel ejus haeredem; quia non eius mandato fidejussuerunt, sed usu testatoris; & non propter alienam obligationem, sed propter suam, ut se liberarent legato cautionis fibiā testatoris injuncto: quare ut fidejussores, qui in rem suam, vel donandi animo intercesserunt, non habent regressum contra reum principalem; ita nec fidejussores, de quibus in eo textu, ut docuit Cujacius lib. 17. qq. Papin. in eodem textu.

### C A P U T III.

Idem Cantuariensi (a) Archiepiscopo.

Constitutus in praesentia nostra dilectus filius noster Magister Stephanus, suâ nobis assertione monstravit, quod pro Magistro P. (b) Blefensi Cancellario tuo tempore Lateranen. (c) Concilii ad preces ipsius in xv. marchas (d) sterlingorum legium, & communium intercessit, quas quoniam usque modò debitor non persolvit, justè plurimas asserit à creditoribus molestias pertulisse, & antiquum debitum plurimum(e) augmentari. Unde quia pro nostro volumus officio providere, ne qui gratiam meruit, poenam sustineat: f. t. per A. s. p. m. quat. si legitimè de hujusmodi tibi assertione constiterit, præfatum P. ut eum à præscripta intercessione sine dilatione prorsus absolvat, omni gratiâ & timore postposito, nullius ap. ob. ecclesiasticâ distriptione compellas. Quia vero diversa experimenta morborum varia nos compellunt remedia invenire, præsentium significatione injungimus, ut si præfatus P. debitum, vel accessiones forte negaverit, consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante, (f) juramentum calumniæ subire cogatur. Præteca quia difficile foret intercessori testes in Angliam duce(re), judicibus Bon. satisfactione idonea à P. accepta, quod ad testes(g) audiendos vadat, vel mittat, infra terminum competentem litteris tuis significes, ut eos vice tua recipient, examinent, & interrogent diligenter, & depositiones eorum transmittant inclusas, & significant quanta fides testibus, vel instrumentis possit haberi. Cæterum si jamdictus P. citatus præsentiam tuam adire, vel judicio stare contempserit, cum infra triginta dies post harum susceptionem reddas beneficio alienum, & redditus ejus in debitorum (h) solutionem convertas, quounque fuerit debitoribus satisfactum.

D. D. Gonzalez Decretal. Tom. III. Pars I.